

Sermo

Lxxviii

Nam mali qui nihil habent in celo gaudent in mundo de temporalis felicitate. de carnali voluptate. de inimicorum oppressione. de peccatorum recordatione et hoc est gaudium maledictum a domino. Ne vobis quod habetis hoc consolationem vestram. Tercium est quod tristitia bonorum vertitur in gaudium. et ideo patientiam portanda. quia brevis respectu futuri gaudij. Quod probat dominus ex populo mulieris puritatis quod peccato habet tristitiam. Sed cum peperit masculum tantum habet gaudium quod non recordatur tristitiam preteritam. Masculum nominavit non femina. quia maius gaudium generatur de masculino propter plura. Primum quod eua primo peccavit et per eam peccatum venit in adam. et per peccatum mors venit in mundum. ideo naturaliter minus generat gaudium quam masculus. Secundo quod per masculum progenies manet et non per femina. Tercio quod femina multos habet defectus et graues habet vitiosas quas non habet masculus quia in se cognoscens non sic gaudet de femina sicut de masculino. Quarto quod per masculos regitur mundus sicut patet in regimine ciuitatum. gubernatione dignitatum. In femina sicut quod apud masculos est per quam salus animarum et corporum et iusticia et pax inter homines conservatur. unde de masculino tantum de fructu meliori et nobiliori est gaudium. Postea adaptat christus parabolam dicens. Et vos nunc in presenti et in breui tempore tristitiam habetis et sic perturbitis gemendo. Sed fructus erit masculus. id est delectabilis et perpetuus. quia videbo vos in regno celorum. quia ubi sum ego illic eritis et gaudebit cor vestrum quia nihil est in celo nisi gaudium. et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. quia in eternum erit. hoc gaudium mundi quod est instabile continue tollitur a vobis sive ab homine sive a morte.

Dominica quarta post pascha

200

Ado ad eum qui misit me Jo. xvi. Consuevit dominus quando factus est aliquid gracie operis illud predicare aicis suis per longum tempus antequam fiat patet hoc in diluuium et in filio dei incarnatione. Sic dominus Jesus predicavit discipulis tria maiora opera que vniuersis fecit in mundo. scilicet resurrectionem passionem et ascensionem. Sed quia sancta mater ecclesia usque modo solemnitatem festum passionis et resurrectionis. nunc incipit nunciare in officia sequeuti festum ascensionis que est consummatio operis ad quod missus fuit. Iohannes prope opus consummavi quod dedisti. In dicit in euangelio hodie in euangelio dominus Jesus predicavit discipulis suis ascensionem suam spiritus sancti missione. et eiusdem operationem. Et quia omnia verba euangelij sunt verba christi. ideo diligenter exponenda et audienda sunt. Dicit ergo. Naudo ad eum qui misit me. Non dicit ibat. sed quia in breui iturus erat dixit vado. id est per laborem et victoriam coronandus. ad dexteram patris sessurus. per vos